



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Gertrudis V. 17. Martii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

S. GERTRUDIS V. 17. Martii.

**G**ERTRUDEM quoque ob sanguinem, quem nobilissimum inter Gallos habebat, sancte superbam vidisses. Quare cum eam juvenis (principe & ipse familiâ) sponsam sibi à parente Pipino peteret, ipsumque adeò Regem Dagobertum, qui tum fortè epulo hospes aderat, oratorem haberet, contempsit tamen mortalem sponsum GERTRUDIS, & jurejurando palam firmavit, non nisi immortali nupturam se, nec aliam dotem praeter cælum admisstrā. In has deinde leges à mons Pipini Virginem D. Amandus Christo despondit. Mox cæli prodigia castissimam sponsam honorarunt. Nam precantē ignea & è cælo delapsa sphæra visa est coronare, & ejus ope servati nautæ à mortis periculo, quod immanis cetus jam jam minabatur. Sed vel nomen GERTRUDIS pro scuto fuit mersitque subito, quod navim jam mergere videbatur, monstrum. Jam diem ultimum, quem quidem ut nuptialem GERTRUDIS amavit, monachus illi prædictus Ultanus, commeatum è cælo D. P. tritium, & beatos Angelos spopondit. Virtutis odorem etiam à morte tumba, quam longè amfieri ipsa mandaverat, suavissimum spiravit. Ipse vivere etiam mortuam dubitares, diversorum oculis se objecit cælesti luce circumfusa. Vix etiam ignes grassantes à monasterio illo vela avertere, quo impuras olim flamas suffocavera. Tam facile etiam indomitum Vulcanum est vincere illi, qui Venerem vicit. *Ex Surio.*

*Qui Christum videre querit, cælum, unde Christus est, non terram, de qua aurum est, intueatur. Dives, opus sursum est, non portat sed proculcat divitias, nec incu-*

vat-

18. Mar.  
vatur a  
minus  
numma

Suf  
El  
strum  
dum.  
quæ n  
Non l  
quò p  
statui  
non p  
modu  
sui an  
fera n  
laque  
Abnu  
accip  
nove  
ad sce  
nume  
prox  
que  
lux i  
adeò  
nunc  
Eum  
extra  
corp  
tem  
tura  
des.

18.Mart. VITÆ SANCTORVM. 147  
vatur divitiis, sed levatur. Divitiarum servus, non do-  
minus est avarus: at misericors tot servos habet, quæ  
nummos. S.Pet.Chryf.ferm.4..

S. EDUARDUS M. 18.Martii.

**S**ustulerat Edgarus Angliae Rex binos filios: ex Elfedâ, lectissimâ matronâ, EDWARDVM nostrum: ex Elfridâ improbissimâ muliere, Ethelredum. Illi utpote natu majori regnum Edgarus, & quæ major regno hereditas est, virtutem reliquit. Non hanc, sed illud invidit noverca improba, &, quò purpuram Ethelredo suo pingeret, sanguinem statuit EDWARDI fundere; quin si fieri aliter jam non posset, cum diademate caput auferre. Commodum impiis consiliis accidit, ut quarto regni sui anno illic venaretur EDWARDVS, ubi pessima fera noverca stabulabatur. Nimirum hæc venatori laqueos ponit. rogat tectis hospes filius succedat. Abnuentem, haustum certè è manibus parentis accipiat, obtestatur. Heu! ut nunquam magis odit noverca, quam dum amat! Dum bibt, subornatus ad scelus servulus, cultro necem domino fert, vi-  
numque sanguine miscuit; corpus exanime in proximâ casâ occultatum: sed scelus Elfridæ una-  
que virtutem EDWARDI prodidit etiam in nocte lux insolita, casam omnem illustrans, lucemque adeò mulierculæ inhabitantis oculis ferens, quam nunquam priùs videre. Iterum in paludes abje-  
ctum cælum ostendit indice columnâ igneâ. Ergo extractum omniisque honore tumulatum Martyris corpus fontem prope dedit, ex quo passim sanitatem ægri bibebant. Noverca etiam veniam ora-  
tura illuc contendit, sed neque eques; neque per-  
des progredi unquam potuit, semper vi, nescio

G 2

quâ,